

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Perfectio n
cum fontibus proximo et primo

Manipulus florum, Perfectio n:

Si uis perfectus esse et cetera.

Ille qui mutauit pro diuiciis paupertatem
ut fieret perfectus,

non

in ipso tempore quo tradiderit bona sua
pauperibus fiebat omnino perfectus,
sed ex illa die
incepit speculatio Dei adducere
eum ad omnes uirtutes.

Origenes super illud Matthei XIX.

Fons proximus:

Unde super illud Matth. 19 [21],
Si vis perfectus esse etc.,
dicit Origenes quod
ille qui mutavit pro divitiis paupertatem
ut fiat perfectus.

non

in ipso tempore quo tradiderit bona sua
pauperibus, fiet omnino perfectus:
sed ex illa die
incipiet speculatio Dei adducere
eum ad omnes virtutes.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*, 186.1.resp 3 (P. Caramello ed., p.817).

Fons primus:

Iste *qui mutavit pro divitiis paupertatem*
ut fiat perfectus,
credens sermonibus Christi, adjuvabitur ratione
sicut apostoli Christi, ut sapiens fiat in Christo,
ut magnanimis, ut justus, ut castus,
et absque omni omnino passione.

Non

tamen sic debemus intelligere, ut in ipsa die, vel
in ipso tempore, quo tradiderit bona sua
pauperibus, efficiatur omnino perfectus.
Sed consequenter ex illa quidem die
incipiet speculatio Dei adducere
eum ad omnes virtutes,
ut incipiatur ex eo proficere sicut Isaac propter
adjutorium Dei collatum in se, et magis atque magis
crescit per singulos dies, donec adjutus sicut Isaac,
magnus efficiatur valde in omni virtute, omni videlicet
malitia avulsa de anima ejus.

Origenes, *Commentaria in Evangelium secundum Mattheum*, Vetus interpretatio, 15.17 (PG 13,
col.1303-4).